

quae omnia ut vere substantialia sunt retinenda, exceptis tamen Scapularibus SSmae Trinitatis et Passionis D. N. in quibus etiam imagines propriae sunt necessariae.

Ad III. Negative ad 1m partem ; affirmative ad 2m.

Ad IV. Formulam in casu dicendam esse immediate antequam Scapularia imponere incipientur, eaque Sacerdote in manibus tenente.

Ad V. Si viri a mulieribus facile segregari possint et dupli actu functio peragi posset, quod certe esset convenientius, tunc, prout de more, uti posset formula longiori, mutatis mutandis ; si vero unico actu promiscue viri cum mulieribus sint aggregandi, tum ad praecavendam cacophoniam melius fieri et si formula brevior adhiberetur, dicendo tantum : “ Accipite hunc habitum, etc.”

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. C. die 18 Junii 1898.

FR. HIERONYMUS M. Card. GOTTI, *Praefectus.*

† ANTONIUS, Archiep. ANTINOEN., *Secretarius.*

**DOUTES CONCERNANT LES INDULGENCES ACCORDEES
PAR LES ÉVÉQUES**

Episcopus Montis Politiani huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae sequentia dubia enodanda proposuit.

I. An Indulgentiae, quas Episcopus concedit, valeant intra limites suaes dioeceseos tantum, an vere etiam extra ?

II. An acquiri possent intra limites Dioecesis etiam a fidelibus, qui non sunt subditi Episcopi concedentis Indulgencias ?

III. An subditi Episcopi concedentis Indulgencias has lucrari valeant etiam dum extra Dioecesim commorantur ?

Et Emi Patres in Vaticano Palatio coadunati relatim dubiis responderunt die 5 Maii 1898.